UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Rusticus

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

Syrbenæ chorus. Συρβήνης χορός.

De choreis incompoſitis, ac tumultuoſis olim dicebatur. Tempeſtiuiter dicetur in homines inter ſe diſcordes & querulos, aut vbi offendet aures imperitorum cantorum Symphonia diſcors.

Eretrienſium Rho. Ἐρετριέων ῥῶ.

Videtur in homines præcipites ac violentos congruere prouerbium, ρ enim ſiue R, canina litera eſt & iracundorum propria.

Vide, Bellum, Contentio, Ira.

Robur.

¶ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

ROBUR eſt facultas mouendi alterum, vt vult: præciſe eſt autem mouere alterum vel trahendo, vel pellendo, vel tollendo, aut deprimendo, aut collidendo. *Ariſt. rhet.1.*

Robur eſt infirmitate, & agilitate ſecundorum, quæ illis componuntur corporum. *Alex. Aphro.2. de ani.c.43.*

Robur eſt vis vnumquodque in natura ſua ſeruans, eo quod detrimenta vitat. *Speuſip. in Plat. defint.*

Robur ſiue Robor, proprie eſt ſpecies arboris glandiferæ duriſſimæ. Per translationem vero ſumitur pro animi fortitudine, & pro corporis firmitate. Græc. ἰσχὺς, παράστημα. Hebr. *Omets, Iob,17.0.* à verbo *Amats*, Robuſtior fuit, corroboratus eſt, valde conſolidatus eſt præ cæteris, erectus eſt fortitudine præ aliis. Cognationem habet cum verbo *Hatſam*, Oſſeus fuit, firmus fuit, inſtar oſſium: vt robuſti homines toti ex neruis & oſſibus compacti videntur. 2. *Gheburah*, fortitudo, robur animi & corporis, quo alius alium ſuperat, *Pſal.*89.14.& 106.2.& 147.10.& 150.2. *Eſai.*30,2. à verbo *Gabar* ſuperauit, præualuit, prædominatus eſt aliis virtute, potentia & autoritate ſuperior fuit: & tranſitiue roborauit, fortificauit. Hinc κυβερνάω guberno, κυβερνήτης gubernator, κυβερνήσις gubernatio? Gall. *gouuerner, gouuerneur, gouuernement*, in quibus robur animi, & corporis præſertim requiritur. 3. *Chezek. Chozek. Chozkah*, à verbo *Chazak*. Præualuit, inualuit, præualidus fuit, fortis fuit, obfirmatus eſt. Hinc ἰσχύω valeo, fortis ſum, robuſtus ſum, ἰσχὺς Robur.

¶ LOCI BIBLICI.

Robur Dei, *Iob.*9.4. *Eſdr.*4.23.

Deus robur ſuorum. 2. *Sam.*2.2 *Pſal.*18.2. *Ierem.*16.19.

Rôbur hominis, *Deut.*8.17. *Iudic.*8.12. 1. *Sam.*2.9. 1. *Chr.*8.40.& 9.13.& 12.30.& 20.1. *Iere.*51.30.53. *Ezech.*28.5. *Dan.*8.12. *Zach.*4.6.

Robur panis & aquæ, *Eſa.*3.1.

Robur regis, *Prou.*20.28.

Abraham robuſtus fide factus eſt, *Rom.*4.20.

Ioſue & Iſraelitæ robuſti quomodo facti, *Ioſ.*1.6.& c.& 16.23.

Robur diuitis, *Prou.*18.11.

Robuſta manus Dei, *Exod.*6.1.& 32.11. *Deut.*4.34.& 7.19 & 11.2. *Ierem* 32.21.

Robuſti homines. Vide infra, Robuſtorum Exempla.

¶ SENTENTIAE SAPIENT. ETHNICORVM.

Robur mente carens in quoſcunque inciderit, eos ſepulchro tradit. *Menander.*

Præſtat corpore quam animo languere. *Stob. ſerm.*1.

Robur cum prudentia iuuat, ſine ea verò damno afficit poſſidentes. *Iſocrates.*

Nimio robore membrorum vigor mentis hebeſcit, quaſi abnuente natura vtriuſque boni largitionem: ne ſupra mortalem ſit felicitatem, eundem & valentiſſimum eſſe & ſapientiſſimum. *Valer. Max. l.9.c.12.*

Robur corpora quidem exercentium ſe ornat, animi vero ſtudia obtenebrat. *Iſocrat. Demonic.*

Hominum proprium robur in animi ratione conſiſtit, qua & elephantos per ſyluas pedicis capit, frenat equos, ſubiugat boues aratris, volucres arundinibus deiicit, & in profundo ſubmerſa retibus extrahit. Hæc eius vis eſt, quæ multo vberius ſe profert, cum ambitus terræ, cœli magnitudines, & ſtellarum circulos perſequendo non fatigatur. Hæc erant Hercule digna. Quis enim non Vlyſſes quam Cyclops eſſe malit? *Plutar. lib. contra vires corp. apud Stob. ſerm.*51.

Homines viribus tantum, robori & velocitati augendis ſtudent, & quo pacto hæc habentes ex ipſis ſolis clarificant: animum vero per quem exiſtunt negligunt: ignorantes ſe illa ſolum excolere quæ cum brutis habent communia, & quidem imbecilliora quam multa ex brutis: diuiniſſimam vero ſui partem, & ſecundum quam diis aliquo modo ſimiles reddi poſſunt, neglectui habere, *Euſebius eod. ſerm.*

Animi præſentiam in periculis cum ratione coniunctam laudato: impetum vero ad ea ſine ratione audaciam vocato, & oderis. *idem, ibid.*

¶ ADAGIA.

Alter Simſon, vel, Simſone robuſtior.

*Simſonis robur vel inde colligi poteſt, quod obuium leonem non aliter atque hædulum nullo negotio propemodum laudibundus diſcerpſerit, aliaque ſit executus: quæ prodigioſum & ſupra humanam ſortem robur teſtantur, Iudic.*14.15 16 *Capitib.* Alter Simſon dicetur quiuis *firmiſſimo robore præditus*: eadem plane forma qua Ethnici dicunt, Alter Hercules, cuius fabulam ex Simſonis hiſtoria Græci confinxerunt.

Alter Goliath, *Adagium in quemuis procerum immaniſque ſtaturæ robuſtum bellatorem ſuo robore fretum atque ſubuerſum & ſuis armis pereuntem conuenіet.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Diogenes. Crates Thebanus cum nudatus in certamine, ob corporis deformitatem derideretur. De oculis, inquit, ô Crates, & quoque corpore bono animo eſto. Nam iſtos qui nunc te derident, mox conſpicies morbo contrahi: omnibuſque viribus deſtitui. Significauit formam nihil omnino facere ad victoriam, ſed robur & laborum tolerantiam, qua cæteros antecedebat. *Laert. l.6.*

Archidamus, quum vidiſſet filium ſuum nimis temere cum Athenienſes pugnantem. Aut vires tibi augendæ ſunt, dixit, aut minuenda audacia. *Plut. in apoph. Lacon.*

Aratus, laudante quopiam virum deſperatum & audacem, & idcirco & in bellis eximium: differre dixit magni facere virtutem & vitam nihili facere. *Plut.*

Anonyma. Anus quædam videns Iouinianum Romanorum imperatorem corporis proceritate atque mole excellentem, ſed mente captum: O craſſam atque pinguem ſtultitiam proclamaſſe fertur. *Niceph. l.19.c. vlt.*

Anonymus. Ex plebe præterea quidam in Hippodromo dicacitate eundem Iouinianum perſtrinxit, & riſum ingentem omnibus mouit. Inanem enim & frigidam proceritatem eſſe dixit. *ibid.*

Maximinus exercebat luctu milites ſuos, multos ad terram proſternens. Itaque cunctis inuidentibus, tribunus quidam vaſti corporis, notæque virtutis, atque ob hoc ferocior, dixit: Quid magni facis, ſi tribunus tuos milites vincis? Tum Maximinus: Vis tecum congrediamur? Quum prodiſſet, palam pectori impacta ſupinum deiecit, dixitque: Date alium, ſed tribunum. *Capitol.*

¶ SIMILITVDO.

Arbores infœcundæ firmiores ſunt fœcundis: Ita robuſtius corpus his qui nihil pariunt in literis, quam qui ſeſe laboribus exhauriunt, *Eraſ.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Robuſtorum *exempla*: Nimrod, *Gen.*10.v.9. *Ioſue & Iſraelitæ, Ioſ.*1.10.& *aliis cap.* Moabitæ. *Iudic.*3 v.29 Samſon, 14.v.6. Iſraelitæ & Beniamitæ, 22.v.26. Cis pater Saulis, 1. *Sam.*9.v.1. David, 16. v.18 & 17.v.34.35.36. 2. *Sam.*16.v.18. Goliath, 1. *Sam.*17. v.4. Saul & Ionathan, 2. *Sam.*1.19.23. Robuſti Duces in exercitu Dauidis numerantur, 2. *Sam.*23.8.& c. Abiſai, 2. *Sam.*23.v.18. 1. *Paral.*11. Benaiada & Benaias, 2. *Sam.*23.v.20.22. 1. *Paral.*11 v.22. Filii Vlam, 1. *Par.* 8.v.40.& 9.v.13. Ieſbaam, 11.v.11. Eleazar, v.12. vir de Gad, 12.8. filii Meſelemiæ, 26.v.1.2. Robuſti Ieruſalem, 2 *Paral.*17. Robuſti de Iſrael, 25.v.6. Robuſti iuuenes, 2. *Machab.*12.v.27.

Vide, Fortitudo, Vires.

Ruſticus.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

RVſticus, ci, ſubiectum, proprie Agricola, ſiue ruri habitans: Græce ἀγροικός. Hebr. *Iſch Sadhe*, vir agri, ruricula. Ruſticus, a, um, adiectiuum, quod ruris vel ruſtici eſt, vel ruri degit. Gr. ἐπάρουρος. Cicero pro Roſcio Amer. Vita hæc ruſtica quam tu agreſtem vocas, parſimoniæ & diligentiæ magiſtra eſt. Quandoque ruſticus dicitur per translationem, homo rudis, moribus & vita incultus: & Ruſticitas, ἀγρότης, eſt morum inciuilitas, vrbanitati contraria Martial. lib.7. *Quare aliquem Curios ſemper Fabriſque loquentem Hirſutum, & dura ruſticitate trucem.* Ponitur quandoq; pro inepta & timida verecundia, quam δυσωπίαν Græci vocant. Ouidius, *Et ſi ruſticitas non vetat, ipſa rogat. Item. Heu mihi ruſticitas, non pudor ille fuit.* Ruſticulus, qui genium ruſticanum & mores, agreſtes aliquantum redolet. Martial. l.10. *Nec doctum ſatis & parum ſeuerum, ſed non ruſticulum nimis libellum facunda mea Plinio Thalia.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

De laudatis viris rura ruſticamque ſolitudinem olim colentibus hæc *Cicero*: Multi ſunt & fuerunt, qui eam quam dico tranquillitatem appetentes, à negotiis publicis ſe remouerunt, ad otiumque profugerunt. In his & nobiliſſimi Philoſophi longeque Principes & quidam homines ſeueri & graues, nec populi nec Principum mores ferre potuerunt. Vixeruntque nonnulli in agris delectati re ſua familiari. His idem propoſitum fuit, quod & regibus, vt ne qua re egerent. ne cui parerent: libertate vterentur, cuius proprium eſt ſic viuere, vt velis. *Offic. lib.1.*

ectio non magis ſecundum naturam fuerit ex ipſa terra, &nutrix omnium eſt, quam aliunde nutriri? An non ile eſt ruri viuere, quam vt ſophiſtæ in oppido deſidere? lubrius eſt foris vitam degere, quam in vmbra educta- vero liberalius eſt, vnumquemque ſibi neceſſaria com- aut ab aliis accipere? Multo ſane honeſtius apparet gere alio res ſibi neceſſarias, quam indigere alio ad res ſſarias. Adeo autem egregia res, Deoque accepta ex viuere, modo cum honeſtatis ſtudio coniuncta ſit, vt Myſonem Thimæum ſapientem, Aglaem Pſophideum ve- m appellauerit, quorum vterque iuri agens, ſuiſque ma- borant, vrbana habitatione abſtinebat. *Muſonius apud.*

atem vero vt & ruſticum ſiue efferis moribus præditum depingit *Theophraſtus* his verbis: Ruſticitas, ἀγροικία, & decori ignoratio videri queat. At ruſticus is eſt, qui armaco in concionem nihilominus prodeat, quique vn- nos ſuauius fragrare thymo dicat: calceos geſtat pede gran- voce etiam alta loqui ſueuit. Amicis neceſſariiſque ſuis pa- fidens, de rebus maximis ad famulos refert: quæcunque one audiuit omnia mercenariis ſuis, qui ruri apud ipſum ſunt, enuntiat. Sæpe etiam veſte ita ſupra genu ſub- ider, vt denudatæ corporis partes conſpici queant. In via quidem nihil admiratur, neque vlla re obſtupeſcit: ſed ſi aſinum aut hircum viderit, ibi homo gradum ſiſtere, & lari. Quumque aliquid è promptuaria cella depromit, m inde fruſtum vorat, & vinum meracius potat: diligen- m ne hoc ancilla panifica reſciſcat, cauens. Deinde vero, molere, & quæ ſunt ad victum neceſſaria, tum ſibi, tum familiæ parare ſolet. Inter prandendum iumentis pabu- it: & ſi quis fores pulſet, ipſe auſcultat. Vocato etiam ca- roſtro manu apprehenſo, Hic (inquit) & agrum, & do- quique in ea ſunt omnes cuſtodit. Argentum quod ab ali- eperit, quaſi tenue, aut nimis aſperum, ſolet reiicere, & vt ſibi mutetur poſtulare. Aratrum ſi cui forte vtendum dede- cophinum, aut falcem, aut ſuccum, nocte intempeſta illa ſi per inſomnium fuerit eorum recordatus. In vrbem cum obuium quemque interrogans. Quanti (ait) pelles & ſal- venibant? &, Nunquid hodie ludi nouam lunam addu- Dicit etiam, ſe ſimul ac deſcenderit tonderi velle. Idem can- balneo, & clauis calceos ſuffigere, quia eadem via erat, ab ſalſamenta accipere, ac portare ipſe, moris habet.

¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Horatius. Epiſt. 1.3. epiſt. 3.

Dimidium facti, qui cœpit, habet ſapere aude.
Incipe viuendi qui recte prorogat horam,
Ruſticus expectat dum defluat amnis: at ille
Labitur, & labetur in omne volubilis æuum.

Virgilius, Eccl. 1.

Ruſticus es Corydon, nec munera Curat Alexis.

In Culice, de bono ruſtico loquens.

Illi dulcis adeſt requies, & pura voluptas,
Libera ſimplicibus curis: huic imminet omnis,
Dirigit hic ſenſus, hæc cura eſt ſubdita cordi,
Quolibet vt requie victu contentus abundet,
Iucundoq; locet languentia corpora Somno.

Tibullus, l. 1. Eleg. 10.

Ipſe ſuas ſectatur oues, at filius agnos,
Et calidam feſſa comparat vxor aquam.
Sic ego ſim, &c.

Ouid. lib. 2. de pont.

Tempus in agrorum, cultu conſumere dulce eſt.

Claudianus.

Felix qui propriis æuum tranſegit in aruis,
Ipſa domus puerum quem videt, ipſa ſenem.
Qui baculo nitens, in qua reptauit arena,
Vnius numerat ſecula longa caſæ.
Illum non vario traxit fortuna tumultu,
Nec bibit ignotas mobilis hoſpes aquas.
Non freta mercator timuit, non claßica miles,
Non rauci lites pertulit ille fori.
Indocilis rerum, vicinæ neſcius vrbis,
Aſpectu fruitur liberiore poli, &c.

Concludit.

Erret & extremos alter ſcrutetur Iberos,
Plus habet hic vitæ, plus habet ille viæ.

Idem lib. 2. Ruf.

Hæc mihi paupeetas auguſtior. hæc mihi tecta
Culminibus maiora tuis: tibi quærit inanes
Luxuries nocitura cibos, mihi donat inemptas
Terra dapes: rapiunt Tyrios tibi vellera ſuccos,
Et picturatæ ſaturantur murice veſtes.
Hic radiant flores, & prati viua voluptas.
Ingenio variata ſuo fulgentibus illic
Surgunt ſtructatoris, hic mollis, panditur herba,
Sollicitant curis non abruptura ſoporem.
Turba ſalutantum latas ibi perſtrepit ædes:
Hic auium cantus, labentis murmura riui.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Ruſtici & duri ſunt, qui quæcunque ridicula non dicunt, nec aliquid dicentis audiunt. *Eriſt. 4. ethic. c. 8.*

Ruſticus qui nec inceſſare vult, nec recte inceſſum ire exiſtimat, ſed excandeſcit. *idem mag. mor. 1. c. 28.*

Vide, Agricola, Agricultura.

FINIS LIBRI DECIMISEXTI.